50

HIERONIMUS AD DAMASUM PAPAM DE FILIO PRODIGO

BEATITUDINIS TUAE

INTERROGATIO DISPUTATIO
fuit. & sic quesisse querendo
uiam dedisse quesitis; sapiens
quippe interroganti sapientia
reputabitur; Ais; Quis est iste
in euangelio pater qui duob; filiis
substantiam diuidit. qui duo filii
qui maior qui ue minor. Quomodo
iunior accepta substantia cum mere
tricib; dissipat. Fame facta a prin
cipe regionis preponitur porcis;
siliquas commedit ad patrem redit
accipit anulum & stolam & immolatur
ei uitulus saginatus; Quis iste maior
frater & quomodo de agro ueniens suscep
tioni fratris inuideat. Et cetera que
in euangelio plenius explicantur;

Addis in subiectio multos diuersos in hac
lectione dixisse & fratrem maiorem iudeum
minorem estimasse gentilem; Sed
quero quomodo iudaico populo
possit aptari. Ecce tot annis seruio
tibi & numquam mandatum tuum preteri
ui. Et numquam dedisti mihi hedum ut cum
amicis meis epularer; Et illud
fili tu mecum es semper & omnia mea tua
sunt; Si autem de iusto & peccatore
uoluerimus esse parabolam; Iusto
non poterit conuenire ut de salute
alterius & fratris maxime contris
tetur; Si enim inuidia diaboli
mors introibit in orbem terrarum;
Et imitantur eum qui ex parte eius
Numquid prone iusto tam inmanis inuidia
poterit coaptari. Ut foris ste
terit & clementissimo patri ingre
dus obsisteret. Solus liuore
cruciatur laetitiae domus interes
se noluerit; Itaque sicut in ce
teris parabolis quae uel non saluator
ne dixerit quae obscura dicte
sint solemus inquirere. Ita &
in hac facere debemus quae credis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0101